

nario, sive ab alio, ipso præsente, celebrandæ. Et in casu affirmativo, utrum habeat usum baculi et presbyteri assistentis, et ea alia omnia, quæ conveniunt Ordinario, mitra et pluviali parato, Missæ solemnii in propria Diœcesi assistenti?

II. Utrum Metropolitanus, sive Cardinalis sive non, Diœcesi Suffraganei cum cappa assistens Missæ solemnii ab Ordinario vel ab alio, ipso præsente, celebratæ, adhibere valeat præter assistentes etiam presbyterum assistentem?

III. Utrum in dictis circumstantiis Metropolitanus habere possit usum libri et scotulae ad legendum Introitum, etc.?

IV. Præsentæ Metropolitanæ sive Cardinali sive non, cappa induito simul cum Ordinario loci Missæ solemnii a Canonico vel Sacerdote simplici celebratæ, cuinam spectare debeant benedictiones thuris, ministrorum, etc.?

V. Utrum Episcopis sive Suffraganeis sive non, Missæ solemnii in aliqua Cathedrali vel alia Ecclesia in provintia, præsente Metropolitanæ, assistantibus, conveniat usus mozzettæ supra rochettum mantelletta cooperatum?

Et Sacra eadem Congregatio ad relationem subscripti Secretarii, exquisito voto Commissionis liturgicæ omnibusque accurate perpensis, rescribendum censuit:

Ad I. Affirmative ad primam partem, et ad alteram partem obseruetur Cæremoniale Episcoporum et quoad usum baculi pastoralis præsertim in Lib. I. cap. 17num. 5, quoad; presbyterum assistentem detur Decretum S. Congregationis Cæremoniales d. d. 16 Dec. 1837 (1).

Ad. II. Provisum in primo.

Ad. III. Affirmative.

Ad. IV. Ad Metropolitanum.

---

(1) Decretum sic sonat: "... Missam cum celebrante, quisque is sit, non incipit (Cardinalis). Sedem Episcopalem occupat, ubi, si non celebret Episcopus (loci Ordinarius), Canonicum vel Canonicos assistentes potest habere: celebrante tamen Episcopo non potest. Neutro autem in casu Presbyterum assistentem propri dictum habere valet..."